

## Sibi Scribere

Kiioakius AKAI

### 1. Quod sensibus percipitur

Quando<sup>1</sup> aliqua philosophiae studiosa reportationem mediam de dialogis Platonis tulit, aliqui praeceptor<sup>2</sup> interrogavit illam num sint libri qui feruntur Platonis. Hoc quaesitum videtur transformari posse: suntne libri qui feruntur Platonis? seu scripti sunt a Platone? Haec quaestio commonet nos de animadversione Petrarcae.

At Platonem, prorsum illis et incognitum et inuisum, nil scripsisse asserunt, preter unum atque alterum libellum; quod non dicerent, si tam docti essent, quam me predicant indoctum. [Petrarca, *De sui ipsius et multorum ignorantia*, ed. Capelli, p. 76.]

Haec quaestio videtur oriri ex aestimatione negativa litterarum Platonis<sup>3</sup>.

Die Schrift, sagt Platon, sagt stets dasselbe, kann auf Fragen nicht antworten, ihren Leser nicht selbst wählen und sich gegen Angriffe nicht verteidigen(*Phaidros* 275de). [Szlczák, *Platon lesen*, S. 44.]

Litteras negative aestimare potest accipi dialogos per voces positive aestimare. Quaestio igitur aptior est, non utrum Plato scripsit libros an, sed quamobrem Plato scripsit libros in forma dialogorum. Una responsionum seu solutionum est 'sibi scribere', quod nobis studiosis philosophiae pervulgatum est. Hic igitur praeceptor, qui interrogavit hanc quaestionem, patefecit nobis ejus ipsius ignorantiam circa philosophiam Platonis. Hic

praeceptor docet studiosis philosophiam Cartesii in ejus praelectione de historia philosophiae moderna. Et aliquis studiosus qui docebatur ab eo ignoravit mores temporarios Cartesii<sup>4</sup>. Est possibilitas ut ille non doceret mores temporarios Cartesii. Hoc est ridiculum, hoc est absurdum! Quod sensibus percipitur, id est φαινόμενα, ex quibus Aristoteles videtur incipere dialecticam.

Che significa poi che la dialettica comunica con tutte le scienze? [Berti, *L'unità del sapere in Aristotele*, p. 38.]

Sed possumusne dialecticam philosophicam communicare cum hoc praeceptore qui suis discipulis mores temporarios Cartesii non docuit et linguam latinam<sup>5</sup> in suis diebus scholae non didicit?

### 2. Dialogi vel lectio

Quaestio illius praecptoris videtur oriri ex ignorantia mutationis partium litterarum in historia philosophiae. Haec mutatio videtur evenire aliquando in medio aevo. Discere enim aliquid per lectionem librorum est maxime modernus methodus, auditio autem erat praecipue via discendi. Adjecto ad auditionem, interrogare erat via alia discendi, et utrumque per voces dialogos conformat. Lectio igitur erat confirmatio scientiarum jam notarum in tempore Platonis. Sed Schreiermacher videtur intueri lectionem ut viam

<sup>1</sup>a. d. X Kalendas Novembres, MMXIII(2013/10/23).

<sup>2</sup>praeceptor qui tradit discipulis historiam philosophiae modernae.

<sup>3</sup>Plato, *Phdr.* 274B-278E.

<sup>4</sup>"une morale par provision", Descartes, *Discours de la méthode*, Troisième partie, AT. VI. p. 22.

<sup>5</sup>Nunc ille non docet discipulos, sed, e converso, discipuli docent eum legere opuscula latina Leibnitii!

discendi. Hanc conjecturam recte reprehendit Nietzsche in sequente praelectione.

die ganze Hypothese steht im Widerspruch zu der Erklärung im Phädrus und ist durch eine falsche Interpretation befürwortet. Plato sagt, nur für den Wissenden, als Erinnerungsmittel, habe die Schrift ihre Bedeutung. Deshalb solle die vollkommenste Schrift die mündliche Form der Belehrung nachahmen: um also zu erinnern, wie der Wissende wissend geworden ist. [Nietzsche, *Einleitung in das Studium der platonischen Dialoge*, KGW II-4, S. 12.]

Secundum hanc reprehensionem, libros Platonis legere est hominibus jam scientibus admonitio philosophiae Platonis, sed non discere aliquid quod incognitum erat. Dialogi igitur quos Plato scripsit sunt thesaurus per quem homines jam scientes admonere doctrinam Platonis possunt. In hoc sensu admonitio videtur anamnesis esse. Lectio igitur admonitio erat. In duodecimo saeculo, lectio videtur vertere ad cognitionem eorum quae non cognita sunt. Hugo de Santo Victore communit nos de lectione nova quae est cognitio aliorum incognitorum.

geminus est divinae lectionis fructus, quia mentem vel scientia erudit vel moribus ornat. docet quod scire delectet et quod imitari expediat. quorum alterum, id est scientia, magis ad historiam et allegoriam, alterum, id est, instructio morum, ad tropologiam magis respicit. [Hugo, *Didascalicon* V, 6, PL176, 794B-C]

Secundum Hugonem, lectio videtur esse cognitio eorum quae non cognita sunt. Haec lectio videtur maxime moderna esse et non congruere cum dialogis Platonis, cujus non conscius, ille praeceptor illam quaestionem ponere poterat.

### 3. Rursus quod sensibus percipitur

Aliquando<sup>6</sup>, aliqui professor intravit in spatium studiosorum et evoluit verborum thesaurum teutonicum. Deinde eum interrogavi quid inquireret. Ejus responsio fuit: ignoratum verbum habuit in loco textus quem legere tunc molitus fuit in seminario ejus. Accurate,

<sup>6</sup>in autumno, MMXII(2012).

Indessen ist diese Gleichgültigkeit, die sich mitten in dem Flor aller Wissenschaften eräugnet....

[Kant, *Kritik der reinen Vernunft* AX, hrsg. von J. Timmermann.]

In hoc loco, verbum ultimum est "eräugnet", quod usum erat in tempore Kantii. Ille autem professor hanc orthographiam ignoravit. Et hoc verbum in thesauro teutonico moderno invenire non poterat. Novi autem verbum "eräugnet" esse "ereignet" in lingua teutonica moderna, cum *criticam purae rationis* Kantii quam edidit R. Schmidt.

Indessen ist diese Gleichgültigkeit, die sich mitten in dem Flor aller Wissenschaften ereignet....

[Kant, *Kritik der reinen Vernunft* AX, hrsg. von R. Schmidt.]

Ex quo patet quod ille non legit *criticam purae rationis* Kantii usque ad illud tempus. Ille igitur erat et est professor philosophiae qui quinquaginta erat et non perlegit *criticam purae rationis* Kantii, et quem consessus facultatis adoptavit ut professorem. Hujus adoptionis obnoxius est consessus facultatis, quia adoptavit ut professorem philosophiae virum qui non perlegit *criticam purae rationis* Kantii usque ad aetatem "quinquaginta". Hujus autem adoptionis non particeps sum. Cum conijcere tantum res possum, videtur rebus congruere dictio quam Vico dedit in ejus lectione.

nam humanarum rerum acceptione solae res privatae continebantur : quia jus publicum a privato secretum est; unde philosophia juris infirmari coepit. [Vico, *De nostri temporis studiorum ratione*, pp. 82-3.]

Praeterea ille professor dicitur investigare phaenomenologiam Husserli, qui *criticam purae rationis* Kantii diligenter perlegit. Nec igitur fidere ejus studium phaenomenologiae possumus, nec ejus praelectionem de philosophiae Kantii. Quam jocus! Quam miserum studentibus litteris!

Praeterea aliquando<sup>7</sup> aliqui professor intravit in spatium studiosorum. "Quid est τὰύτη?" ait aliqua studiosa. Tunc ille professor respondit "tautos". Hoc est erratum. Explicatio autem recta est

<sup>7</sup>a. d. XVI Kalendas Februarias, MMXIII(2013/01/17).

"οὔτος". Simulans scire sed non sciens docere discipulis falsitatem maxime discedendum est. Si enim ille professor non sciens simulat scire, jure et honeste<sup>8</sup> impermissus est. Si autem non conscius sui ignorantiae est, ille incongruens professori est. In utroque casu, miserum est discipulorum.

Praeterea in examine<sup>9</sup> alicujus discipuli thesis, ille professor monstravit ei correctionem "que" ad "quae". "que" est forma mediae latinitatis et usum passim in media latinitate pro "quae" in antica lingua latina. Ex quo patet quod ille professor mediam latinitatem non novit. Etiam in hoc casu, miserum est discipulorum.

Vir igitur qui nec linguam graecam nec latinam didicit, discipulis philosophari docere non potest.

#### 4. In vino veritas

Aliquando<sup>10</sup> ille professor ebrius clamavit ad unum discipulum qui calvus erat, 'calvus! daemon fluminis!<sup>11</sup>' In vino veritas! Hoc incidit in convivio tento post examen hujus discipuli dissertationis. Discipulus vero videbatur pati maledici. Quam miserum! Miser est non hic discipulus sed ille professor. Maledicere hujusmodi est non conveniens professori philosophiae. Si enim crapula vicit eum et fecit dicere ea quae in animo habuit, intellectus ejus est inferior desiderario ejus. Vir hujusmodi philosophari non potest, et non est aptus ad professorem philosophiae. Quamvis vero philosophus verus potest multum vinum, ebrietas eum non vincat. E contrario rationaliter philosophari incipet, ut poetriam quam Nietzsche descripsit in ejus Zarathustra.

Wie sie eben nüchtern spricht, diese trunkene Dichterin! sie übertrank wohl ihre Trunkenheit? sie wurde überwasch? sie kät zurück? [Niet-

<sup>8</sup>id est moraliter.

<sup>9</sup>a. d. XI Kalendas Februarias, MMXIII(2013/01/22).

<sup>10</sup>a. d. XII Kalendas Martias, MMXI(2011/02/18), apud Don Gabacho.

<sup>11</sup>calvus qui comam non habet, id est 'hage' in lingua Japonica, et daemon fluminis qui est aequarius pusio, id est 'kappa' in lingua Japonica.

zsche, *Also sprach Zarathustra*, S. 357[Kröner], S. 401[KSA, 4].]

Ut jam tandem, sero licet, unde discessi redeam. Evectus enim sum rerum adhaerentium catena.

#### 5. Sibi scribere

Jam tandem ipsam rem aggrediar. Cum enim philosophia una scientia est, oportet professoribus, qui discipulis philosophari docere volunt, imbueri cognitione multarum rerum, quae constant ex logica seu dialectica et vi lectionis in lingua Graeca Latinaque. Haec enim conjuncta studio historiae philosophiae est, illa vero conjuncta philosophari ipso. Aliqui professor, qui textus Graecos legere non potest, confidit textui teutonico translato ex Graeco et perverse interpretatur habitum Aristotelis, ut aperietur in futuro. Ut enim textus philosophicos emendate intellegamus, oportet legere textus in lingua qua scriptor scripsit. In hanc sententiam Schopenhauer loquitur sic:

Statt der selbst-eigenen Werke der Philosophen allerlei Darstellungen ihrer Lehren oder überhaupt Geschichte der Philosophie zu lesen ist, wie wenn man sich sein Essen von einem andern kauen lassen wollte. [Schopenhauer, *Parerga und Paralipomena I*, Fragmente zur Geschichte der Philosophie, S.45.]

Quacumque lingua praeter linguam teutonicam textus aliqui scribatur, ille professor confidit textui teutonico translato, ex quo ille perperam intellet. In studio historiae philosophiae, devitandum est confidere uni linguae tantum. Et similiter de aliis studiis. Est arrogans qui omnia intellegere simulat eo quod confidit uni linguae. Hoc enim significat sermo Socratis in Platonis *Apologia Socratis*(22B-E), et haec descriptio aequa invenitur in *de nostri temporis studiorum ratione* professoris rhetoricae.

Nam ita comparatum animadvertimus, ut qui in uno doctrinae genere omnem adjunxerit animam, omnemque vitam collocarit; eam artem scientiamque ceteris praestare omnibus, et cuique rei optimam esse existimet; et in quosvis alienissimos usus traducat: nostrae forsan imbecillitate naturae,

qua ex nobis, nostrisque rebus delicatas facimus.  
[Vico, *De nostri temporis studiorum ratione*, pp. 125-6.]

Ut ad exitum perducatur, necesse est diligenter dare operam in tempore debito et proprio. Si non, situs gravis accidit.

Ex quo quippe errore, ut supra dicebam, adversus philosophiam oborta est infamia, quod non pro dignitate ipsam attingunt. Neque enim a spuriis, sed legitimis est attractanda. [Plato, *Resp.* VII, 535C5-8, iuxta interpretationem Ficini]

Secundum Platonem, philosophia est non attractanda a spuriis qui non sunt exercitati in philosophia. Sin minus, infamia adversus philosophiam evenit. Simulans enim philosophari est diversus executione philosophiae quam verus philosophus persequitur.

Sed possumusne dialecticam communicare cum iis qui simulant philosophari?

Il faut en tout dialogue et discours qu'on puisse dire à ceux qui s'en offensent : de quoi vous plaignez-vous? [Pascal, *Pensées*, 669-188, Lafuma, p. 589.]

Quamvis secundum tolerantiam Pascali ut supra dicitur, remoti a philosophia sunt. L. M. de Rijk commemorat Platonis bonum (ut ideam) super essentiam (realitatem) esse.

Thomas' Eeste Idee (God) staat niet, zoals dat met Plotinos' Ene en Plato's Goede zeer duidelijk wel het geval is, boven het zijn (epekeina tēs ousias), zoals Plotinos en Proklos het Plato (*Staat* 509B9) nazeiden. [de Rijk, *Middeleeuwse wijsbegeerte*, pp. 203-4.]

In *Republica* Platonis, bonum (ut idea) sunt super essentiam (realitatem), sed philosophia est super eos qui simulant philosophari. Quia non intelligunt textus quos Plato et alii philosophi scripserunt, textus philosophici permanent iis illegibiles. Legibiles enim veris philosophis sunt, quia textus sunt commentarii quos philosophi sibi scripserunt, sicut Nietzsche perstrinxit.

Sibi scribere. — Der vernünftige Autor schreibt für keine andere Nachwelt als für seine eigene, das heisst, für sein Alter, um auch dann noch an

sich Freude haben zu können. [Nietzsche, *Menschliches, Allzumenschliches* II, 1. 167, KSA, 2, S. 446.]

"Sibi scribere" est dilecta phrasis quam Nietzsche amavit et V. Rose dicebatur describere. Platonis dialogi sunt scripti pro commentariis Platonis ipsius et ejus discipulorum, et patentes studentibus qui philosophantur post propriam exercitationem philosophiae. Patentes sunt his syentibus etiam alii textus qui philosophi praeter Platonem scripserunt. Sed non patentes et aenigmata permanent iis qui simulant philosophari et realiter non philosophantur, ut Nietzsche carpsit ad Senecam et hoc genus omne.

Seneca et hoc genus omne. Das schreibt und schreibt sein unausstehlich weise Larifari, Als gält es primum scribere, Deinde philosophari. [Nietzsche, *Die fröhliche Wissenschaft*, Scherz, List und Rache, 34, KSA, 3, S. 360-1.]

### Bibliographia

Berti, E., 1965, *L'unità del sapere in Aristotele*, Padova: CEDAM.

Descartes, 1982, *Oeuvres de Descartes*, publiées par Ch. Adam et P. Tannery, tome VI, Paris: Vrin.

Hugo de Sancto Victore, 1854, *Didascalicon (Eruditio Didascalica)*, Patrologia Latina, 176, J. P. Migne.

Kant, 1930, *Kritik der reinen Vernunft*, Nach der ersten und zweiten Original-Ausgabe, neu herausgegeben von Raymund Schmidt, Leipzig: Felix Meiner Verlag.

Kant, 1998, *Kritik der reinen Vernunft*, Nach der ersten und zweiten Originalausgabe, herausgegeben von Jens Timmermann, Hamburg: Felix Meiner Verlag.

Nietzsche, 1999, *Morgenröte, Idyllen aus Messia, Die fröhliche Wissenschaft*, Kritische Studienausgabe, Herausgegeben von Giorgio Colli und Mazzino Montanari, München: Deutscher Taschenbuch Verlag. [KSA, 3]

Nietzsche, 1975, *Also sprach Zarathustra*, Kröners Taschenausgabe Band 75, Stuttgart: Alfred Kröner Verlag. [Kröner]

Nietzsche, 1999, *Also sprach Zarathustra*, Kritische Studienausgabe, Herausgegeben von Giorgio Colli und Mazzino Montanari, München: Deutscher Taschenbuch Verlag. [KSA, 4]

Nietzsche, 1995, *Nietzsche Werke*, Kritische Gesamtausgabe, Begründet von Giorgio Colli und Mazzino

Montanari, Zweite Abteilung Vierter Band (II-4), Herausgegeben von Fritz Bornmann, Berlin: de Gruyter. [KGW, II-4]

Nietzsche, 1999, *Menschliches, Allzumenschliches*, Kritische Studienausgabe, Herausgegeben von Giorgio Colli undazzino Montanari, München: Deutscher Taschenbuch Verlag. [KSA, 2]

Pascal, B. 1963, *Oeuvres complètes*, Présentation et notes de Louis Lafuma, Paris : Seuil.

Petrarca, 1906, *De sui ipsius et multorum ignorantia*, publié d'après le manuscrit autographe de la Bibliothèque Vaticane par L. M. Capelli, Paris : Champion.

Plato, 1876, *Platonis Dialogi latine juxta Interpretationem Ficini aliorumque*, Vol. XI, Londini: Ricardi Priestley.

de Rijk, L. M., 1977, *Middeleeuwse wijsbegeerte. Traditie en vernieuwing*, Assen/Amsterdam: van Gorcum.

Schopenhauer, A. 1986, *Parerga und Paralipomena I*, Sämtliche Werke Band IV, Textkritisch bearbeitet und herausgegeben von Wolfgang Frhr. von Löhneysen, Stuttgart/Frankfurt a. M.: Suhrkamp.

Szlezák, Th. A. 1993, *Platon lesen*, Stuttgart: Holzboog.

Vico, G. 1709, *De nostri temporis studiorum ratione*, Napoli.

(AKAI, Kiyooki / Universitas Hiroshimaensis [Philosophia])